Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35043
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

et erit solutum et fiet sol

Recipe de eo preparato partem unam
et fac de eo per omnia sicut fe-
cisti super de ethach postea solue ipsum
per se solum et distilla per allembi-
cum et adde ei equale sui pon-
dere vitellorum ouorum et coa-
gula in sole et ipsum dissolue
et per allembicum distilla et
coagula et pone in vitrea donec
supra laminam currat

Recipe de eo preparato et subtilissime
limato partem unam et sublima
ab eo equali pondere sui de
arsenico vel sulphure rubeo ad
rubeum et albo ad album donec
medietas eius cum eo in fundo
fixa tunc imbibe ipsum cum ponde-
re sui aqua salis communis preparati et so-
luti per se et filtra et assa in fur-
no calcinationis die et nocte i
postea trahe ab eo sal cum aqua
dulci et filtra et tunc tere ipsum
cum sale armoniaco preparato rubeo ad
rubeum et albo ad album tunc
pone ipsum ad soluendum donec aqua
clarissima fiat tunc sublima hanc
aquam per se et coagula
ipsam in lapidem super terram in vru-
bulo super ignem cum oleo phy-
to fixo rubeo ad rubeum et
albo ad album postea pone argentum
preparatum de eo pone ad rubeum
et fiet sol bonus et pone ad
album super eam fiet bona luna

Recipe de eius limatura
preparata et fac per omnia
sicut superius supradixi in sole
et postea cum pice super laminam
veneream

Recipe de quorumlibet corporum
calcinatis partem i et funde
ipsum in tarea ferrea et pone
super ipsum quartam partem ipsius de
sale communi preparato puluerizato
et commoue forti cum stilo
ferreo donec totus satis
in commixtum gustatur tunc ab-
lue ab eo liquorem salem a-
qua dulci et desicca ipsum
cum tincta sui salis predicti so-
luti et mitte ipsum in cru-
cibulo forti bene clauso ne
respiret et fac ipsum mo-
rari in furno calcinationis
die et nocte una quo de-
frigidato extrahe de eo
sal cum aqua dulci deinde
quod tunc remoue abique
et inuenies in fundo va-
sis ceruscam albam quam
euacua in paropsidem continentem
tam aquam frigidam len-
tem et ablue eam de
paropside in paropsidem sicut
sic et desicca ipsam in
sole tunc fac de ea sicut
dixi de limatura solis
et lune